

+ Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei

Episcopo Culmensi

Salutem et apostolicam Benedictionem

Cathedram in fathorria curat, eique Episcopum prescribit

Ad hec semper nostri cordis aspirat affectus,

ut, sicut omnis terra Dei maiestate reple-

tur, sic et ubique notitia sui gloriosi nomi-

nis habeatur. Sane per inspiratisnis sue

gratiam iam provenisse percepimus, quod ca-

ripiamus in <sup>Christo</sup> filiis noster Mindowe Illustris

Rex Luthorrie olim in tenebris positus cum

numerosa multitudine paganorum ad glo-

riam divini nominis regenerari se fecit

per unde gratiam baptismalis. Quia vero

tam pia, et clara Regis eiusdem merita



nos inducant, ut ipsius iusta desideria fa-  
vorem benivolo compleamus. Nos de tua  
circumspectione confisi, presentium tibi  
auctoritate committimus, quatinus virum  
honestum et providum, ac in spiritualibus  
et temporalibus circumspectum, qui pon-  
tificiali conveniat oneri, et honori, predi-  
ctae Lathorie auctoritate nostra presi-  
cias in Episcopum, et pastorem, ac duo-  
bus, vel tribus accersitis Episcopis, sibi  
munus consecrationis impendas, prius  
tamen a predicto Rege optimo terre so-  
lo profundanda cathedrali Ecclesia,  
et honorabilibus, ac decentibus dotibus  
assignatis, cui licitum esse volumus, ut  
quotiens opportunum fuerit, terram ipsius Re-



69

gis visitet, et cuncta ibidem exerceat, que non  
possunt nisi per Episcopum exerceri. Ceterum  
postquam de prefato Episcopo, quem soli Ro-  
mano Episcopo volumus subiacere, provisum  
fuerit, iuxta mandati nostri tenorem, tu ab  
ipso fidelitatis solite iuramentum, nostro et  
Ecclesie Romane nomine recipias, iuxta for-  
mam, quam sub bulla nostra tibi mitti-  
mus interclusam. Formam autem iuramenti,  
quod ipse prestabit, de verbo ad verbum  
per eius patentes litteras suo sigillo signa-  
tas nobis per proprium nuncium quan-  
tocius destinare procures. Contradictores  
autem si qui fuerint, vel rebelles, moniti-  
one premissa, per censuras ecclesiasticas, ap-  
pellatione remota compescendo. Non obstan-



tibus si aliquibus etc. Datum Mediolani  
xvi. Kalendas Augusti Anno Nono.

Descriptum et recognitum ex autographo Regesto Literarum  
applicarum f. r. Innocentii Pp. IV. an. IX. ep. 4. quod  
deservatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In  
quorum fidem hic me subscripsi, et solito signo si-  
gnavi.

Dabam e Tabulariis prefatis xi. Kal. Junii MDCCCXXXVII.  
Indictione x. Pontificatus vero Sani in Christo Patris,  
et Dni nri Dni Gregorii Div. prov. Pp. XVI. an. VII.

M. Merini

Tabular. S. R. E. Prefectus

